



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Francisci Bellegambe è Societate Jesu Theologi, Enchiridion Theologo Practicum Tripartitum, De Ivbilæo Ecclesiastico

Bellegambe, François

Coloniæ Agrippinæ, 1700

Q. 8. An possit Superior Communitatis Religiosæ decernere, ut omnes sibi subditi eâdem septimanâ peragant opera requisita?

urn:nbn:de:hbz:466:1-42093



Q. 7. An possit Ordinarius plura præscribere pro consequendo Jubileo, quam Pontifex præscripserit?

R. Negativè, cum communi: neque potest arctare libertatem, v. g. præscribendo ut fiat Communio tali Feriâ, ut omnes faciant omnia opera intra unam tantùm hebdomadam, &c. Neque enim inferior potest tollere, aut minuere favores & privilegia concessa ab ejus Superiore, præsertim alicui Communitati. Argum. Cap. Cùm inferior, de Major. & Obed.

Unde, si fortè Ordinarius arctasset limites positos à Summo Pontifice, possent nihilominus Diocesani lucrari Jubilæum, modò faciant ea, quæ, quo tempore & modo Pontifex concessit & præscripsit.

Q. 8. An possit Superior Communitatis Religiosa decernere, ut omnes sibi subditi eadem septimanâ peragant opera requisita?

R. Posse, atque adeò præcipere, exigente utique recto ordine disciplina



S. 2. De subjecto, seu capaci. 135.  
plina domestica, vitæque communis  
uniformitate, tantoperè à Summis  
Pontificibus commendatâ. Atque id  
statuere potest pro suis domesticis  
Paterfamilias. Pourné, De indulg. p. 2.  
c. 8. n. 10. cum Bordonò.

Similiter potest Superior injunge-  
re, ut unicam ex Ecclesiis disjunctivè  
designatis visitent, eamque Monaste-  
rio viciniorem, ne diutius absint,  
evagentur, &c.

## SECTION II.

DE SUBJECTO, SEU CAPACI JUBILÆI.

QUÆST. I. *Quis lucrari possit Jubi-  
læum?*

RESP. Omnis & solus Christianus,  
rationis compos, non ligatus excom-  
municatione majore; ut habet com-  
munis: quia hæc privat communions  
bonorum spiritualium. Solet tamen  
concedere Pontifex facultatem quos-  
cumque absolvendi ab omni censurâ,  
exce-